



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Septima causas. Septima pontificé tangit cathedram repetente[m]. Duæ
quæstiones septimæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

QVÆSTIO V.

Quod autem deficiente accusatore non sit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui libr. 5. epist. 25. a scribens Maximo, ait.

C. I. *¶* Onus probationis reo non incumbit.

Quod autem postulas, ut illic personam dirigere debeamus qua de his, que dicuntur, possit esse probatio, esset utrunque excusabile, si unquam ratio eis, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut præfati sumus, dilatione cessante venire non desinas.

Item accusatus non negationem, sed exceptionem probare debet. Codic. lib. 4. tit. c. de probationibus. l. actor.

C. II. *¶* De eodem.

Accusator d, quod asseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit, cum per eorum naturam, factum negantis probatio nulla sit.

Hoc autem servandum est, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate episcopi Gregorii propter scandalum removendum, famam suam reum e purgare oportet.

CAUSA VII.

Vidam Episcopus longa aegritudine f grauat, aliam sibi substitui rogavit, cuius precibus summus Pontifex annuit, & quod rogaverat, ei concessit. Postea vero convalescit idem Episcopus, & quod prius fecerat, caput rescindit: adversus eum, qui sibi successerat g, quaestione movet, suamq, cathedram tanquam sibi deestam reposcit.

- 1 Hic primum quaeritur, utrum vivente Episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari.
- 2 Secundo, an iste valeat reposcere cathedram, quam sua interesse alter accepit.

QVÆSTIO I.

Quod autem vivente Episcopo alius superponi, aut superordinari non possit, ex concilio apud h Arvernam celebrato definitum est, in quo legitur [ut nullus vivente Episcopo, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis culpa deceverit.]

1. *¶* Arvernam] Burchardus etiam, & lvo citant ex Arvernensi, c. g. extat autem in Aurelianensi quinto, cap. 12.

C. I. *¶* Pro molestia corporis suo honorem privetur Episcopus.

Item ex regeſto Gregorii Papæ, lib. 9. epist. 41. ad Anatolum Constantinopolitanum Diaconum.

Scripsit mihi tua dilectio, piissimum Dominum nostrum reverendissimo fratri meo Iohanni prima Iustinianæ Episcopo pro aegritudine capitis, quam patitur, præcipere succedi: ne forte, dum Episcopi iura eadem civitas non habet, (quod abſit) ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones præcipiunt, ut pro aegritudine Episcopo succedatur: & omnino iniustum est, ut si molestia corporis irruit, honore suo privetur ærotus. Atque id eo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne pec-

a. Deu cap. 125. b. qua presente.] orig. c. titul. 19. libr. 23. d. Alter.] orig. e. supr. 2. quaestio. 5. c. quanto. & c. qua de causa. f. al. in valetudine. g. al. accesserat. h. In concil. Aurelianensi V. cap. 12. Burchard. lib. 1. cap. 186. lvo part. 5. cap. 302. i. Polye. l. 2. tit. 17. Anselm. lib. 6. c. 201. Burch. l. 1. c. 188. lvo p. 5. c. 304. Polye. l. 2. tit. 19.

catum in mea anima ex eius dispositione veniat. suggerendum est; ut si is, qui est in regimine, ægrotum dispensator illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine ecclesie (quod non deponit) ac in custodia civitatis implere, ut non omnipotens Deus offendantur, neque civitas inventa esse neglecta.

¶ Caput hoc emendatum, & locupletatum est ex originali.

C. II. *¶* Flagellatus à Domino, afflictio addenda debet.

Item lib. 2. epist. 5. ad Candidum Episcopum.

Cum a percussio corporalis imminet, utrum purgatione, an pro vindicta contingat, Dei iudicium ignoatur: & id eo non debet à nobis adhiberi, ut gellatis afflictio: ne nos culpæ (quod abſit) officina impiciat.

¶ In decretalibus tit. de cler. agroran. c. 1. assertus innotuit tum modo huius capitis, & ex ipso, quod agendum sit, definitur.

C. III. *¶* Infirmi tati causa loco suo qui privari non debet.

Item Gregorius libr. 3. epist. 32. Maximiano 1 Episcopo Syracusano.

Presentium latoris Adeodati querelam, qui se Presbyteratus loco incongrue dicit expalliam, licet subdit tibi textus petitionis explanet, tamen paulo citius iudicavimus, apertiusque retexendam. Ad hoc quoque à Quintiano fratre & Coepiscopo nostro in loco suo pro quibusdam se suis ordinandis negotiis recusat, ægri tudinisque causa per duorum mentium suorum suæ se ecclesie defuisse: Cujus rei occasionem præstantem prædictum fratrem nostrum, alium loco quilibet Presbyterum ordinasse. Hortamur ita que fratrem tuum, ut causam eius sollicitè perquiras, diligenter discutias, & si manifeste ægri tudinis, sicut dicitur, ecclesie suæ eum defuisse repereris, nullum eius ordinatione alterius Presbyteri permittas præiudicium pernerari: sed in locum suum sine aliqua eum facilitate restitui. & infra. *¶* Illud autem charitatem specialiter admonemus, ut si vera fuerit huius suggestio, atque in suum fuerit ordinem restitutus, de Presbytero qui in loco ejus ordinatus est, subtiliter, diligenter debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliquâ ad eundem ordinem pervenerit, ut in simoniacam hanc sim non potuisset incidere, in alia quacunque vana ecclesie cum volumus ordinari. Sin autem in eo quæpiam (quod avertat Dominus) fuerit tale reperit, etiam Presbyteratus privetur ordine, quem non tam replendæ necessitatis ecclesie, sed sola comprobatione suscipisse.

1 *¶* Maximiano] Sic est emendatum ex originali, cum in presso, quam manscripio: Nam antea erat, Clementino Episcopo, Primati Bizanceno.

C. IV. *¶* Pro infirmitate, vel aegritudine Presbyteri non sunt abſciscendi, nec in eorum locum alii substituendi.

Item Nicolaus Papa Avino b Iamensi Archiepiscopo.

Pontifices e qui aliqua occupantur infirmitate, vel aegritudine, abſciscendi non sunt, nec alios in locorum consecrari oportet, nisi ex hac fuerint luce subtrahiti. Quod si de ministerio sibi concessio conqueuntur, qua licita sunt, sacerdotibus explent. In his vero, qui his præsumere non licet, vicinorum usq; ad recipientium sanitatem Episcoporum auxilia subrogentur: & hoc cum cautela studio peragatur, ne per necessitatis occasionem

a. Ext. de cleric. agroran. c. 1. b. al. Avino Vinnensi. c. lvo p. 5. cap. 372.

praeumptionis pululet ambitio. Episcopos vero, qui Dominici gregis susceperunt curam, atque sollicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet, ut accipere talenti pulchritudo non deleatur, sed certamine a eorum salubriter augetur, & tripliciter fructus b.

C. V. q. Urvener Episcopo alius sibi succedere non valet.

Item ex lib. 4. epist. Cypriani Episcopi, & martyris ad Antonium.

Actus Cornelii Episcopus, de Dei & Christi ejus iudicio, de Clericorum penes omnium testimonio, de plebis, quae tunc affuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri, & gradus cathedrae sacerdotalis vocaretur: quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quicquid iam Episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiae non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, multum de se licet iactans, & sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debet, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est.

1 q. Collegio. Sic legitur in codicibus Cypriani impressis, & manuscriptis, & Polycarpo. Ac similis fere locutio est in sequenti capite. Et 23. q. 8. sequi membrorum. Antea erat, consensu.

C. VI. q. Non est Episcopus, qui in locum vivens intrat.

Item in eadem epistola inferius.

Novatianus i Episcopus non est, qui Cornelio Episcopo in ecclesia a sedecim Coepiscopis facto, adulter, atque extraneus Episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur: & cum sit a Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item Episcopus unus, Episcoporum multorum concordia numerositate diffusus, ille post Dei traditionem, post connexionem, & ubique conjunctam catholicam ecclesiam unitatem, humanam conatur a ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos Apostolos suos mittit, ut quaedam recentia instituta sua fundamenta constituat: cumque jam pridem per omnes provincias, & per urbes singulas ordinati sint Episcopi in aetate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in perfectione proscripti, ille super eos creare alios Pseudoepiscopos audeat: quasi possit, aut totum orbem novi conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici corporis compaginem 2 discordia sua seminatione rescindere, nesciens schismaticos semper inter initia fervere, incrementa vero habere non posse: nec augere, quod illicitè ceperint, sed statim cum grava sua amulatione deficere, & infra. Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec conjunctionem pacis observat, & se ab ecclesia vinculo, atque a sacerdotum collegio separat, Episcopus nec potestatem potest habere, nec honorem, qui Episcopus nec unitatem voluit tenere, nec pacem.

1 q. Novatianus. Recte aptum est à collectoribus hoc innotum, ne superiora etiam afferenda essent. Nam apud Cyprianum sic legitur post multa: nisi si Episcopus tibi videtur, qui Episcopo in ecclesia, &c.

2 q. Corporis compaginem. Sic emendationem ex aliquot vetulis, & Anselmo, & ipso originali. Antea enim legebatur, ordinis compaginem.

C. VII. q. Non est in ecclesia, qui cum Episcopo pacem non habet.

Item ad Florentium Pappianum, eod. l. 4. q. 9.

Sicut fides Episcopum in ecclesia esse, & ecclesiam

a al. veritatem. b abest à multis. c Polyce. l. 7. tit. 4. Anselm. l. 6. tit. 1. c. 1. d. Anselm. l. 6. c. 59. e. conetur. orig. f. l. 10. part. 2. c. 26.

in Episcopo; & si quis cum Episcopo non sit, in ecclesia non esse: & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latentes apud quosdam communicare se credunt; quando ecclesia, quae catholica una est, scissa non sit, neque divisa.

C. VIII. q. Sui iure quis cedere non debet. Idem ad Subianum.

Quam periculosum sit in divinis rebus, ut quis cedat iure suo, & potestate, scriptura sancta declarat, cum in Genesi Esau b primatus suos inde perdidit; nec recipere id postmodum potuerit, quod semel cessit.

C. IX. q. Traditionem sibi acquirunt, qui ab Episcopis recedentes, unitatem ecclesiae scindunt.

Idem Lib. 1. epist. 6. ad Magnent.

Denique quam sit inseparabile unitatis sacramentum, & quam sine spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui schisma faciunt, & relicto Episcopo alium sibi foris Pseudoepiscopum constituunt, & declarat in libris regnorum scriptura divina, ubi à tribu Iuda & Benjamin decem tribus scissae sunt, & relicto rege suo d, alterum sibi foris constituerunt. [Et indignatus est, inquit, Dominus in omne semen Israel, & dimovit eos, & dedit eos in perditionem, donec abiceret eos à facie sua; quia dispersus est Israel à domo David, & constituerunt sibi regem Hieroboam, filium Nabat.] Indignatum esse Dominum dicit, & eos in perditionem dedisse, quod ab unitate dispersi essent, atque alterum sibi regem constituerunt. Et tanta indignatio Domini extitit adversus illos, qui schisma fecerant, ut etiam cum f homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram praediceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cum non custodisset, & contra praeceptum Dei prandisset, statim divinae censurae majestate percussus est, ut inderegrediens, impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. & paucis interfectus. Sicut adhuc in Evangelio suo Dominus & majorem intelligentiae lucem manifestat, quod iidem, qui se tunc à tribu Iuda & Benjamin sciderant, & Hierosolymis derelictis Samaritanam secesserant, inter profanos, & gentiles computarentur. Nam, cum primum discipulos suos in ministerium salutis mitteret, mandavit, & dixit g. [In viam nationum ne iteritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis.] Ad Iudaeos primum mittens, gentiles adhuc praeiteri iuber. Adhuc autem & civitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adaequari, & post pauca. Quod h verò eundem, quem nos Deum patrem, eundem filium Christum, eundem Spiritum Sanctum nosse dicuntur, nec hoc adjuvare tales potest. Nam, & Core, & Dathan, & Abyron cum sacerdote Aaron, & Moysè eundem Deum noverant: pari lege & religione viventes, unum, & verum Deum, qui colendus, atque invocandus fuerat, invocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotem, qui sacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, sacrificandi sibi licentiam vindicaverunt, divinitus percussis poenas statim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata esse, & proficere sacrificia irreligiose, & illicitè, contra jus divinae dispositionis oblata. Turbida quoque ipsa, in quibus incensum illicitè fuerat oblatum, ne in usu de cetero essent sacerdotibus, sed potius indignationis & ultionis divinae memoriae corrigendis posteris exhiberent, iussu Domini cōflata, atque igne purgata, in

a al. ecclesia catholica quae una. b Genes. 35. c 3. Reg. 12. d abest. ab orig. e 4. Reg. 17. f 3. Regum 18. g Marth. 10. h infra 24. q. 1. c. didicimus. 4. quod verò. i Num. 16.



laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura divina a. [Memoriale, inquit, filiis Israel, ut non accedat quisquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante Dominum, ut non sit, sicut Core: Et tamen illi schisma non fecerant, nec foras egressi, contra Dei sacerdotes impu- denter, atque hostiliter rebellaverant. Quod nunc hi ecclesiam scindunt, & contra pacem, atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constitunt, & prima- tum assumunt, & baptizandi, atque offerendi licentiam vindicare conantur.]

¶ Sariat adhuc. Antea legabatur, Sed adhuc. Emen- datum est ex vetustis Codicibus Cypriani, quos Romana ecclesia hoc loco secuta est. Hoc verba, utitur etiam in libro de opere, & Eleemo- synis sic scribens, deprecationes solas parum valere, nisi factorum, & operum accessione satientur. Ita enim habent vetusti codices, & ceterae editiones prae- ter Romanam, in qua operarum culpa ejus verbi loco positum est, adjuventur.

C. X. ¶ Non est defendendus, qui in veniens locum intravit.

Item Leo IV. Veronni Ducis Britannia.

Non furem, nec latronem, qualem Gillandum b esse lentimus in Nannetica sede, qui veniens (quod non licuit) locum non timuit usurpare, pro cuiuscunq; mu- neris donis ultra debes defendere.

C. XI. ¶ Non licet Episcopo ecclesiam suam dimittere.

Item Evaristus Papa, epist. 2. omnibus Episcopis.

Sicut e vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat ad quam sacra- tus est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se am- bitus causa conjungat. Et sicut uxori non licet dimitti- tere virum suum, ut alteri se, vivente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta Apostolum d. aut viro suo reconciliari, debet, aut manere innupta: ita ecclesiae non licet dimittere E- piscopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum, vi- vente eo, accipiat: sed ut ipsum habeat, aut innupta maneat: id est, alterum Episcopum, suo vivente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterii crimen incur- rat. Si vero adulterata fuerit, id est, si se alteri Episcopo junxerit, aut super se alterum Episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desideraverit, per acerrimam poeni- tentiam aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta per- maneat. & paulo post. ¶ Episcopum e vero oportet op- portune & importune, atq; sine intermissione ecclesiam suam docere, tamq; prudenter regere & amare, ut à vi- tiis se ablineat, & salutem consequi possit aeternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, cumque amare & diligere, ut legatum Dei, & prae- conem veritatis.

Eccle hu auctoritatibus patenter ostenditur, quod Episcopo vivente alius superordinari non potest, nec etiam pro ejus aegritudine. Sed illud f Gregorii intelligendum est, quando ille, qui aegrotat, alium sibi substitui non rogat. Ceterum, quando aliquis vel senectute, vel infirmitate gravatus susceptionem officium administrare non valet, si alius sibi substitui petierit, rationaliter fieri potest. Unde in eodem capitulo g sequitur. [Si vero idem Ioannes i fortasse pro molestia sua petierit, ut ab Episcopi honore debeat vacare, eo petitionem scri- pro dante, concedendum est: aliter autem sacere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.] Hinc etiam B. Augustinus Episcopo suo noniam desinito, sed senectute gravato, cathedram E- piscopalem suscepit.

a Ibid. b al. Gistardum. c Poly. l. 1. tit. 8. Burch. l. 1. c. 7. Ans. l. 6. c. 202. Ivo p. 3. c. 122. d 1. Cor. 7. e Burch. l. 1. c. 129. Ivo p. 3. c. 205. f sup. ead. c. scripsit. g l. 9. reg. epist. 41.

¶ Si vero idem Ioannes [Hic sunt in regestis Ivo. p. epist. 41. & sequuntur post c. scripsit. sup. ead.]

C. XII. ¶ Augustinus non tam successit, quam accessit.

Unde in epistol. Paulini unica ad Romanos legitur.

Non a, autem tantum hoc scribimus gratulandum quod Episcopatum Augustinus acceperit, sed quod hanc Dei gratia curam meruerit Africana ecclesia, verba coelestia Augustini ore perciperent, quid non rem Domini muneris gratiam novo more prodesti- consecratus est, ut non succederet in cathedra Episcopi sed accederet. Nam in columi Valerio Hipponensis ecclesiae Episcopo, Coepiscopo Augustinus est.

Hoc idem probatur auctoritate B. Gregorii, qui Arimini Episcopo dolore capitis laboranti, alterum subrogavit, ita sicut in 7. libr. regest. sui, midit. 2. epistol. 49. ad Marinianum Episcopum Ravennae.

C. XIII. ¶ Episcopo gravato infirmitate, alius subrogari potest.

Qualiter b ordinati a nobis sacerdotis, corpora quoslibet impediendo molestia, Ariminensis ecclesiae pastoralis haecenus sit regimine destituta, dudum fra- tritas vestra cognovit. Quem, dum habitatum in illius precibus permoti sapienter hortamur, ut de eadem capitis, qua detinebatur, molestia cessante esse sentiret, ad suam auxiliante Domino, reverentia ecclesiam, datis inducis in hoc quadragenario ex- pressus est. Quem, dum moniti cleri, civisque dilecti- nentium, nosque precibus urgentium e, in hanc re- taremur, ut si valeret, cum eis auxiliante Domino re- aret, data in scriptis supplicatione nos petiit, ut quia ejusdem ecclesiae regimine, vel susceptionem officium eadem, qua detinetur, molestia adjuvare nullatenus posset, ecclesiae ipsi ordinare Episcopum debeamus. De de, quia cunctarum ecclesiarum in unum nos salutem dicitis cura constringit, ne diutius gregi fidelium custodia pastoralis, illorum precibus, hujusmodi impossibilitate renunciatione compelli, visum nobis eidem Ariminensi ecclesiae debere Episcopum ordinare & datis ex more praeceptis, clerum plebemque ecclesiae non destitimus admonere, quatenus ad ex- dum sibi Antistitem concordii provisione concurre- Hortamur igitur, ut fraternitas vestra eum, quem consensu omnes elegerint, sicut & ipsi a nobis pos- scisse nosentur, ad se faciat revocari: quem eadem omnibus examinatione discutite, & si ea, in eorum tu heptateuchi i morte multata sunt, minime Do- fuerint opitulante reperta, atque fidelium performance relatione ejus vobis quoque vita placuerit, ad hanc cum decreti pagina, vestra quoque addita testibus epistola destinata: quatenus eidem a nobis ecclesiae mino disponente consecratur antistes.

¶ Heptateuchi. Apud B. Gregorium in hac epistola & in multis aliis locis legitur: Eptatici, sicut est etiam in Burchardo & Ivo, & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus. Haec voce notatum est supra distict. 15. c. sancta Romana. in 7. Pentateuchum.

C. XIV. ¶ De eodem.

Item ex eodem regesto, lib. 11. epist. 7. ad Eusebium Episcopum.

Quamvis d triste nobis sit valde quod loquimus atq; fraterna nos compassio flere potius urgeat, quod aliquid de auditis definire permittat, suscipi tamen licet licitudinem regimini cor nostrum instanti pullat aculeo, ragna nos ecclesiae cura prospicere, & ne qua eorum pul-

a B. Augustin. epist. 34. & 110. addo cap. 16. in fin. infra ead. b Burch. l. 1. c. 189. Ivo part. 5. c. 205. c al. Augustinus. d Burchard. lib. 1. c. 191. Ivo p. 3. c. 207.



utilitas deperire, quod feridebeat, Deo auctore, disponere. Peruenit igitur ad nos quibusdam referentibus quendam Episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut quod mente alienata agere soleat, gemitus & fletus audire lit. Ne ergo languente pastore, grex (quod absit) infidiatoris laniandus denitibus exponatur, vel ecclesia ipsius utilitates deperant, causa nos necesse est provisione tractate. Et ideo, quia viventem Episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius (nisi reculante eo) nulla sunt ratio ordinari: sed si intervalla agilitudinis habere est solitus, ipse data petitione non se ulterius ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subvertente infirmitate posse fateatur allurgere; & alium loco suo expetat ordinandum. Quo facto omnium solenniter electione, alter qui dignus fuerit Episcopos solenniter ordinetur: sic tamen, ut quousque eundem Episcopum in hoc saculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministrantur. Etenimvero, si nullo tempore ad sanam redit mensis officium, persona fidelis, ac vita probabilis est eligenda, quæ ad regimen ecclesiæ idonea possit existere, et que de animarum utilitate cogitare, inquietos sub discipline vinculo restringere, ecclesiasticarum rerum curam gerere, & manum, atque efficacem se in omnibus exhibere: qui etiam si Episcopo, qui nunc ægrotat, superstes extiterit, loco eius debet consecrari.

2 pars. Ne autem huiusmodi passionibus sacerdotibus subito occupati, capium officium inexpectum remaneat, institutum est, ut sacerdos, siue presbiter, siue sacrifician, alius sacrum habeat, qui si huiusmodi casus interveniat, in huiusmodi ministeria perficere valeant.

C. XV. ¶ Quisq. sacrifician sacerdotem sibi vicinum habeat, qui capta sacramenta expleat, si ei aliquæ necessitas ingruerit.

Unde in Concilio Toletano XI. c. 14.

¶ Illud i divini oraculi momentis singuli præcavent, quo scribitur b. [Væ soli quia cum ceciderit, non habet sublevantem,] summo opere verendum nobis est, & cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Dominus pascitur, vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officii insistenti, perniciosa passio, vel corporis quælibet invalens occurrat, quæ aut corpus subruat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcavent, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis. c. illic canens Deo, atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem: ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, a turbatus fuerit, vel ad terram elisus, a tergo semper habeat qui eius vicem exequatur inreupidus. Sed si 2 hoc sacrificianis frequenter acciderit, tunc omnimodo ab oblatore prohibeatur.

1 ¶ Illud] in concilio impresso legitur, Et illud. In codice vero Lucens regio, Væ illud. In duobus autem Vaticanis, ut illud: & sic est infra de consec. dist. 1. c. ut illud. & apud Burchard. & Ivonem.

2 ¶ Sed si hoc] Hæc sunt impressa alii characteribus, quia non sunt in concilio Toletano, neq. in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo sunt glossæ ad verbum, vicem, & post verbum, prohibeantur, additur, ut infra ead. q. 2. c. in litteris tuis. Apud Burchardum vero, & Ivonem, qui citant decreta Soteris Papa, & infra de consec. loco citato, horum verborum loco legitur hæc, & officium inceptum adimpleat.

a De consec. dist. 1. ut illud. Burch. d. 3. c. 73. lvo p. 2. c. 126. b Eccl. 4. c. alio. d. al. accedet.

C. XVI. ¶ Si sacerdos necessitate præoccupatus fuerit, capta sacramenta per alium expleantur.

Item Concilio Toletano 7. c. 7.

¶ Nihil a contra ordinis statum temeritatis ausu præsumatur, neque illa, quæ summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis actu solvantur, cum ad hoc 2 tantum fieri iusta sunt, ne interrupta noscantur, vel languoris proventu robore salutis priveretur natura. Non ergo fragilitati solum consultitur humana, sed etiam 3 sacro honori mysteriorum Dei provida cavetur sollicitudine. Censuimus ergo convenire, ut cum a sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si agilitudinis acciderit quilibet eventus, quo ceptum nequeat consecrationis expleri, mysterium, sit liberum Episcopo vel Presbytero alteri consecrationem exequi officii cepti. Non enim aliud ad supplementum initiatum mysterii competit, quam aut incipientis aut subsequenti completa 4 benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. Quod etiam consilium cuncti ordinis clerici individuum 5 sibi esse non ambigant: sed ut præmissum est, præcedentibus libenter alii pro complemento succedant. Ne tamen, quod natura languoris causa consultitur, in præsumptionis perniciem convertatur, nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere, nullus absque proventu patentis molestia minister vel sacerdos, cum ceperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si qui hæc temerare præsumperit, excommunicationis sententiam sustinebit.

1 ¶ Actu] Sic est emendatum ex codice regio: nam in impressis conciliarum codicibus, & apud Burchardum, & Ivonem, est, tactu.

2 ¶ Cum ad hoc tantum] Magna est hoc loco varietas. In codice regio legitur, cum ad hoc tantum quæquæ fieri iusta sunt interrupta noscantur, ne languoris, &c. Apud Burchardum: cum adhuc tantum fieri iusta sunt, nec interrupta noscantur, ne languoris, &c. Apud Ivonem, cum hoc, & nec languoris, cætera eodem modo.

3 ¶ Sed etiam sacro] Hic quoq. magna varietas. In codice regio plenior est oratio, sed etiam honori mysteriorum Dei providetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri sollicitudine.

4 ¶ Completa benedictio] Sic restitutum est ex codice regio, cum quo aliquot editiones conveniunt, multaq. etiam alia in hoc capite emendata.

5 ¶ Individuum] In codice regio est, indultum. 3 pars. Ecce, quod Episcopo precente, precibus etiam populi, infirmitate gravato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem gravato, non successor, sed coadjutor dari debet, qui ei decedenti in locum regimini succedat. Sic Augustinus dicitur b accessisse, non successisse Hipponeusium Episcopo.

C. XVII. ¶ Senectute gravato coadjutor est dandus, qui morienti succedat.

Hinc etiam Zacharias Papa scribit Bonifacio Moguntino Archiepiscopo.

¶ Petisti, ut cum nostro consulto pro supervenientibus senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris invenire alium in eadem sede, in qua præces, pro tui persona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, consilium præbemus tuæ sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium, fautore Christo, sedem, quam obtines, Moguntina ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit juxta petitionem tuam homi-

a Burch. d. 3. c. 70. lvo p. 2. c. 124. b Sup. ead. c. non autem. & s. quæst. 1. c. 17.



nem perfectum, qui possit sollicitudinem habere, & curam pro salute animarum, pro tui persona illum ordinabis Episcopum, eritque in Evangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens, & confortans ecclesiam Dei. Item ad eundem epist. ultima. ¶ Si eundem divina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoveris, & in tua voluntate fuerit diffinitum, ea hora, qua te de presenti saeculo migraturum cognoveris, presentibus cunctis, tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alii patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus. Item ibidem paulo superius. ¶ De eo autem, quod tibi successorem constituere dixisti, ut te vivente in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur; sed volumus, ut tibi ministret, & sit in Evangelium Christi adiutor. & 7. ¶ Nihil enim reprehensibile esse manifestum est, ut te vivente tibi alium substituumus: sed hoc commonemus, ut quamdiu te divina iusserit clementia superesse, sine intermissione orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat.

¶ Prior pars huius capituli usq. ad versic. Item si eundem sumpte est ex epistola Zachariae Papae cuius initium est, Sacris litteris: quae extat Roma manuscripta in bibliotheca Dominicana, quare etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacii, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epistola ultima in tomis conciliorum.

C. XVIII. ¶ Non successor, sed coadjutor viventi Episcopo datur.

Item Pelagius Papa clero Narvensi a.

¶ Via frater, & Coepiscopus noster Ioannes ecclesiasticae utilitatis studio suadente, & natura suae simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc, quod se in gerenda patrimonii gubernandi cura, vel in disciplina ecclesiastica conservanda minime fatetur idoneum, Constituit Presbyteri ad haec explenda sibi exposcit adhiberi personam: ut ea, quae sunt necessaria, competenti disponente sollicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Idcirco presenti vobis iussione praecipimus, ut servata primo in loco Episcopo memorato reverentia, quam vos convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quae ad divini cultus obsequium pertinent, vel quae ecclesiasticae utilitatis peragere cura fuerit, praebatis obedientiam Constituto competentem, in nullo dispositionibus eius spiritu contumaci resistentes: imo competenti vigilantia vestra studio, quae pro ecclesiastica utilitate gerenda Constitutus monuerit, adimplentes: ut his ita dispositis, & consueta vobis stipendia ministrentur, & quaecunque in praefata ecclesia patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis sunt necessaria compleantur.

¶ Illud vero Cyprum b de haeretici intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi usurpare contendunt. ¶ Illud vero Evaristi c Papa tunc intelligendum est, quando inevitabilis necessitas (persecutorum videlicet) nec Apostolica, aut regularis mutatio, sed ambitio sola Episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit. ¶ Unde etiam in principio huius capituli dicitur, [Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam,] subsequenter adiunxit, [Absq. inevitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitio causa conjungere.]

¶ 4 pars. Ambitionis enim causa, quaecunque ecclesia sua mediocritate despecta, ad maiorem ecclesiam transire voluerit, debet revocari ad propriam. Quod si redire contempserit, carcat aliena, & propria.

a ad Narvensem, al. Narinensem. b Supra cap. factus, & ca. Novatianum. c Sup. ead. sicut vir.

C. XIX. ¶ Episcopus, vel quilibet clericus vel
sua sua ecclesia non debet ad aliam
transire.

Unde in Nicano concilio a, cap. 11.
legitur.

¶ Non oportet Episcopum, vel reliquos ordines civitate ad civitatem migrare; non Episcopum Presbyter, non Diaconum transire. Si quis autem definitionem sancti & magni concilii tale quid contempserit, & se huiusmodi negotio mancipaverit, factum profus in irritum ducatur, & ecclesia restituta, cuius fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus dinatus.

¶ Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in non minore capitulo hoc ita habet, ut verba haec, Quod non oportet Episcopum, vel reliquos ordines demigrare, ad nos & capitulum hoc modo incipiat. Ut de civitate ad civitatem, non Episcopus non Presbyter, non Diaconus transire. In altero vero eadem rubrica est negru. lictu. Episcopus est in nullo capituli: unde videtur caput hoc esse canonem quomodo modum est apud Gratianum, sicut in canonibus.

C. XX. ¶ In monasterio deponatur Episcopus, qui
in ecclesia sua residere contemnit.

Item Gregorius Antheimo subdiacono, al. c.
epist. 25. sive e. 123.

¶ Pervenit b ad nos Pimenium Amalphitanum Episcopum in ecclesia sua residere esse non tantum, sed foris per diversa loca vagari. & 7. ¶ Idcirco tibi auctoritate praecipimus, ut supra dicto Episcopo terminari non desinas, quatenus hoc de cetero non praesumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more fideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoveris, in monasterio cum deponatur, & nobis curabis modis omnibus indicare: ut quae tibi re debeas, nostra iterum praecipione cognoscas.

C. XXI. ¶ Episcopo nulli conceditur principalem
cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transferre.

Item ex Concilio Carthaginiensi V. c. 4. p.

¶ Lacuit a, ut nemini sit facultas, relicta principalem cathedra, ad aliquam ecclesiam in decreto constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quam constitutum, curam, vel frequentationem principalem cathedrae negligere.

C. XXII. ¶ Intereffori cathedram, cui datus est,
tenere non licet.

Item ex eodem Carthaginiensi V. c. 4. p.

¶ Constitutum est, ut nulli intereffori licentia ad principalem cathedram, cui intereffor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere: sed eam quam, ut intra annum eisdem Episcopo provisa Quod si neglexerit, anno expleto f. intereffor datus tribuatur.

C. XXIII. ¶ Excommunicentur clerici, qui
sua ecclesia ad eam redire non
voluerint.

Item ex Concilio Nicano, c. 12.

¶ Si qui vero sine respectu agentes, & timorem Dei sancte oculos non habentes, neque ecclesiasticae disciplinae custodientes, recesserint ab ecclesia sua, sive Presbyteri sive Diaconi, vel in quocunque ecclesiastico ordine positi fuerint, hi non debent suscipi in alia ecclesia, nisi cum omni necessitate cogantur, ut redeant ad ecclesiam suam. Quod si permanserint, excommunicati esse oportet.

a Et in Aquiligran. c. 43. Anst. l. 6. cap. 112. Bonif. l. 2. c. 87. p. 6. cap. 174. b Anst. l. 6. c. 178. c Et in Africanis, cap. 1. d Anst. l. 6. c. 176. e Et in Africanis, c. 41. f al. canonibus. g Anst. l. 7. c. 107. Bonif. l. 2. c. 98. 170 p. 8. c. 171.

C. XXIV.

C. XXIV. ¶ De eodem.

Item ex concilio Antiocheno a. c. 3.

I. ¶ Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet clericus, deferta sua ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quod migravit, perpetuo manere, ulterius ministrare non debet; præterim, si ab Episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus. Quod si post evocationem sui Episcopi non obederit, sed inobediens perseveraverit, omni modo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius Episcopus susceperit, & ipse à communi synodo poenam merebitur increpationis, & tanquam ecclesiastica jura dissolvens.

¶ Increpationis] Grecis est, ἐπιδύσεις τυγχαίας, quod in aliu versum est, arguitur, vel coëccatur, vel puniatur.

C. XXV. ¶ Non licet Episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.

Item ex eodem Antiocheno, cap. 21.

Episcopum b de diocesi ad diocesim alteram non debere transire, usque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus c, neque si etiam hoc ei ab Episcopis suadeatur: manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim à Patribus constitutam.

C. XXVI. ¶ De eodem.

Item ex Concilio Chalcedonensi, c. 5.

P. Propter d eos Episcopos, siue clericos, qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

C. XXVII. ¶ Aliena plebes ab Episcopis non usurpentur.

Item ex Concilio Carthageniensi III. c. 20.

P. Lacuit, ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diocesi collegam suum.

C. XXVIII. ¶ Alieni clericos ordinare, & alia consecrare, Episcopo non licet.

Item Anacleus.

Episcopus in diocesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria intrare non debet. Quod si fecerit, amotis his, quos ordinavit, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum uno anno à Missarum celebratione cessabit.

C. XXIX. ¶ Diebus solemnibus clericus ecclesia sua desse non debet.

Item ex Concilio Agathensi, cap. 64.

II. ¶ Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est, Nativitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius secularibus & lucris studet, quam servitio Dei parere, convenit, ut triennio à communionis suspendatur. ¶ Similiter Diaconus, vel Presbyter si per tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

C. XXX. ¶ Removendus est Episcopus ab ecclesia, cui irreversit, & ad suam cogendus est redire.

Item Hilarius Papa Episcopus Tarracens. c. 3.

R. Emoto f ab ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Irenæo Episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntariis, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtine-

a Et in Chalced. c. 20. In Aquiligan. c. 71. Anselm. l. 7. cap. 170. b 9. q. 2. nullum. Bar. l. 1. c. 72. Ivo p. 5. c. 175. c avayxxx. Cap. 445. d Sup. ead. non oportet. Ex Nicæna synodo, lib. Cap. 6. c. 236. Bar. l. 1. c. 54. Ivo p. 3. c. 175. In Aurelian. 3. c. 15. e al singulari lit. f Anselm. l. 6. c. 109.

re, talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur Episcopus, qualem te præcipue frater Alcami oportet eligere, & decet consecrare: ne si forte aliter a factum sit, non sine objurgatione tui maxime nominis reundat nostra præceptio, quod ad injuriam Dei (a quo specialiter sacerdotium est gratia dignitatum) didicimus admissum.

C. XXXI. ¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus etiam propria careat.

Item Leo Episcopus urbis Roma Anastasio Thessalonicensi Episcopo, epist. 82. al. 84. c. 3.

III. ¶ Si b quis Episcopus mediocritate civitatis suæ despecta, administrationem celebrioris loci ambiat, & ad majorem plebem se quacunque ratione translulerit, non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprexit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, ne supra mensuram juris sui affectet augeri.

C. XXXII. ¶ Utrique careat ecclesia, qui contemptu minoris ecclesie ad majorem aspirat.

Item ex Concilio Meldensi, c. 30.

IV. ¶ Si quis c de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesie ambitiosè & improbè ad potiorem aspiraverit d, canonica erga eum definitio conservetur, hoc t est, ut utraque careat.

I ¶ Hoc est, ut utraque careat] Hac non sicut in Meldensi impresso, habentur tamen apud ceteros quoque collectores.

¶ Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur.

C. XXXIII. ¶ Deiciatur à clero, qui muneribus ecclesiam acquirere tentat.

S. Ancitum est e atque omnibus modis prohibitum, ut si quis Presbyter inventus fuerit alicui clerico vel laico munera dare, vel dedisse, aut aliam pecuniam tribuere, ut alterius Presbyteri ecclesiam surripiat, t aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, seu presumptione turpis lucri gratia deiciatur à clero, & alienus existat à regula.

I ¶ Surripiat, aut] Addita sunt iste dua voces ex Burchardo. Nam veniente Presbytero possessore non potest dici vacans ecclesia. In lib. 7. Capitularium, c. 206. est verbum, surripiat, sed deest alterum membrum, aut vacantem pretio redimat. Ivo, & auctor Pannormia habent, ut antea Gratianus, ecclesiam vacantem pretio redimat.

5 pars. Quod vero communis consilio, atq, aliorum utilitate mutationes Episcoporum fieri possint, & in ecclesia, à quibus recesserint, eu viventibus alii substitui valeant, Anterus Papa demonstrat, epistola septima, scribens Episcopi Boticæ & Tolitana provincia.

C. XXXIV. ¶ Necessitatis, vel utilitatis causa Episcoporum mutationes fieri possunt.

M. Vtationes f Episcoporum scitote communi utilitate, atque necessitate fieri licere, sed non propria & cuiusquam voluntate, aut dominatione. Petrus sanctus, magister noster, & princeps Apostolorum, de Antiochia unitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate, Apostolica auctoritate mutatus est

a al. similiter. b Polyc. l. 1. tit. 9. Anselm. l. 6. c. 104. Burch. l. 1. c. 74. Ivo p. 3. cap. 103. c Burch. l. 3. cap. 48. Ivo p. 3. c. 52. Pann. l. 2. cap. 45. d al. aspirare contendit. e In Capit. l. 7. cap. 206. Burch. l. 3. c. 114. Ivo p. 3. c. 90. Pann. l. 2. cap. 49. f Polyc. l. 1. tit. 9. Anselm. l. 6. c. 45. Burch. l. 1. c. 77. Ivo p. 3. c. 113. Pann. l. 3. c. 69. g al. non libitu cuiusquam, aut damnatione. Plura sunt verba in originali.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alexandriam. Similiter Felix de civitate, in qua ordinatus erat, electione civium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, auctoritate i. hujus sancte sedis, & communi Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem, nec transfertur de minori ad majorem, qui hoc non ambit, nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus, & inthronizatus est. ¶ Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos sacerdotes, sic quoties utilitas, aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent: [non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate & licentia.] ¶ Alia etenim a est causa utilitatis, & necessitatis, alia avaritia, ac praesumptionis, aut propriae voluntatis.

¶ I Auctoritate hujus sanctae sedis, &c. Haec verba non leguntur in epistola Anteri, neq. in Parmonia, neq. apud Burch. & Ivonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Poly. & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoque est de verbis illi prope finem capituli, non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate & licentia: quae propter hanc causam virgula sunt inclusa.

C. XXXV. ¶ Causa necessitatis mutatione Episcoporum fieri possunt. Item Pelagius Papa II. Benigno Archiepiscopo, epist. 2.

Scias b frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & utilitatis, aliud causam praesumptionis, ac propriae voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est qui non causa avaritiae, aut dominationis, aut propriae voluntatis, vel suae delectationis emigrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis, aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati, aut voluntati praeferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. ¶ Nam aliud est sponte transire, & aliud est coactum, aut necessitate venire. Unde non isti mutant civitates, sed mutantur: quia non sponte sed coactum hoc agunt. ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant. causa necessitatis, vel utilitatis fieri posse, quoties communis utilitas, aut necessitas persuaserit.

C. XXXVI. ¶ Christum negare concinatur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit.

Idem in eadem epistola paulo inferius. Omnis, qui gemebat, & vexabatur a d Saul, fugiebat, & veniebat ad David. Si ergo piissimus, atque iustissimus David sciret peccatum esse, persecutionem fugientes, & transuentes de loco ad locum, & de civitate ad civitatem recipere, tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in aliis civitatibus eos collocaret. Qui enim persequuntur Domini Episcopos, eosque de civitatibus ad civitates transire compellunt, non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Iesum Christum, cujus legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant, quoniam non sponte, sed coactum hoc agunt, sed illi, qui eos persequuntur: nec ipsis Episcopis hoc imputari potest, sed illis, qui eos hoc agere cogunt. ¶ Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia & veritas. ¶ Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis indigentibus divinis ministeriis e, & non habentibus proprium Episcopum, qui eos instruat causa utilitatis,

a al. quog. b Poly. l. 1. tit. 9. Anf. l. 2. c. 27. c al. electionis. d i. Reg. 12. e mysteriu.

atque necessitatis, ex alia civitate, licet minor sit, in qua non habet Episcopum doctorem, vel utilitatem, vel consilio, non sponte transeunt, sed majorum hortatione mutare a, aut Episcopum ejectum, & provisionem patientem causa utilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit.

C. XXXVII. ¶ Non ambitione, sed synodali auctoritate, de ecclesia ad ecclesiam Episcopus transferatur.

Item ex concilio Carthaginensi I. v. c. 27. Episcopus b de loco ignobili ad nobilem per auctorem non transeat, nec quicumque inferioris conditionis clericus. Sane, si utilitas ecclesiae sciendum populum, vel creto pro eo clericorum, & laicorum Episcopos per auctoritatem synodi transferatur, nihilominus alio modo cum ejus Episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici concessionem suorum Episcoporum possunt ad alias ecclesias transfirari c.

C. XXXVIII. ¶ In proprio gradu Episcopi, vel Presbyteri in aliena suscipiantur ecclesia.

Item ex eodem Carthaginensi. c. 33. Episcopi vel Presbyteri, si causa visitandi ad ecclesiam alterius Episcopi venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem celebrandam invitentur.

C. XXXIX. ¶ Ecclesia vovet Episcopi ad aliam non debet.

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum Episcopis, epist. 3. c. 3.

Sicut & alterius uxorem ad alteram ab aliquo, vel dicitur, aut disponi, nisi a proprio viro, eo vivente, permittitur, sic nec uxorem Episcopi, d. quae ejus ecclesiae parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, ab alio, ejus judicio & voluntate, alteri e. & dicitur, vel dicitur, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione, conceditur. Unde ait Apostolus f. [Alligata est uxor legi, quam vir ejus vivit: eo vero defuncto, soluta est a lege viri.] Similiter & sponsa Episcopi (quia sponsa, utique dicitur ecclesiae) illi vivente, est alligata: eo vero defuncto, soluta est. [Et * cui voluerit, nubat, tantum a Domino.] id est, regulariter. Si enim eo vivente nupsit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si ab alia sponte duxerit, adulter existimabitur, & communione privabitur. Si autem per se defuncto, in sua ecclesia fugiendum illi est ad alteram, eique est associanda benedictio Domini g. [Si vos perfecti fuerint in una civitate, fugite in aliam.] Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus invitandus, & consensu hujus sanctae sedis faciat, non ambitus causa utilitatis aut necessitatis.

¶ Aut necessitatis. Haec non sunt in ipsa epistola, sed adduntur apud Anselmum. Necessitas autem praebet iussum translationis, supra eam scias.

6 pars. Hoc non solum de Episcopis, verum etiam de quibuslibet ecclesiae ministris intelligitur, ne videlicet in locum vicinam aliter obrepat.

C. XL. ¶ Deponatur, qui locum alterius mutare non times.

Unde B. Gregorius scribit Natali Salernitano Episcopo, d. eo qui in archidiaconatum alterius si praesens veri consenserat, lib. 2. in dist. 15. c. 1. p. 1. r. 1. c. 16.

¶ Vm h, qui contra iustitiam regulam in archidiaconatum alterius se provehi conentit, ab eisdem

a al. mutari. b Iosop. c. 29. Pam. l. 3. c. 70. c Poly. l. 1. tit. 2. Anf. l. 2. c. 27. Burch. l. 3. c. 49. Iosop. c. 29. d al. Episcopi, vel Presbyteri. e al. ab altero dispensari. f i. Cor. 7. * ibid. g Math. 23. h Iosop. l. 3. c. 29. p. 1. c. 17. archidiaconatum



nos, qui tanquam arctes ducatum gregibus præbamus, imo qui & horum pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis pro viribus perferere pro certo conveniat: & cum tranquillitas reddita divina fuerit pietate, sopitaque furentium insectatio, mox gregem requirere, & in unum colligere, & eius animos cœlestis Patris pace, ac possimum securitate prædicata, fursum erigere debemus. Et tandem super eorum cautela oportet nos esse sollicitos, ut si Dei iudicio præsentis temporis commoda fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia abique ambiguitate percipere sempiterna.

C. XLVIII. ¶ Non est reprobatio, sed virtutis probatio bonorum ad veritas.

Item Gregorius lib. 7. quæst. 116. ad Recardum regem.

Adversitas, quæ bonis votis obijcit, probatio virtutis est, non iudicium, & reprobationis. Quis enim nesciat, quam prosperum fuit, quod beatus Paulus Apostolus b prædicaturus ad Italiam, veniebat? & tamen veniens naufragium petulit: sed navis cordis in maris fluctibus integra fuit.

¶ pars. Hoc nunc servandum intelligitur, quando inter subditos aliqui inveniuntur, quibus prelatorum vita proficiat: quando nec specialiter prelatum queritur, nec per alios tuta potest esse ecclesiæ salus, ne si deserere incipias, quibus prodesse potest, dicatur de eo: [Mercurius c. autem, & qui non est pastor, cuius non sunt eorum propria, videt lupum venientem, & desinit ovem, & fugit.] Cum vero specialiter queritur, fugiat d exemplo Christi, qui a facie Herodis fugit in Ægyptum: fugiat e exemplo Beulæ, qui a fratribus per mortuum submissus est in sperta. Unde Augustinus i. ait f. [Ergo minister Christi, sicut ipse Christus in Ægyptum fugit: fugiat & qui specialiter queritur, dum per alios firma est ecclesiæ salus.] Hinc etiam ait Dominus discipulis: [Si g. vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.] Hinc etiam idem h. abscondit se, & exivit de templo, quando Iudæi lapides tulerunt, ut iacerent in eum. Hinc etiam Augustinus i. ait de eodem in Psalm. 57. [Ecce elongavi fugiens, illud tangit, quod Christus vitabat persequentes, ut occasione tra demeret, & manebat in desertis orans, in quo docebat nos in secreto conscientia orare, & quiescere, cum a malis premimur.] Cum vero non prelatorum tantum, sed totius ecclesiæ salus queritur, fides impugnatur, necesse est, ut ex adverso ascendat, & in die belli seipso murum k opponant pro domo Domini, & animas l suas ponant pro ovibus suis: ut exemplo sua passim accendant, quos sermone doctrina divinitus confirmare non valent. Et hoc quidem de manifestis persecutionibus. Est & aliud genus persecutionis, in quo Apostolus laborabat, dicens m. [Qui infirmatur, & ego non infirmor? qui scandalizatur, & ego non uror? &c.] Hinc August. n. in Psalm. 101. [Ossa, id est, fortes, quorum fraxorium suus, qui succubantur: tantam enim frigus bonis, quantum amat.] ¶ Hinc idem in Psalm. 30. [Insuper iustus pro peccatis pauperum, non tamen odit, in quo extingueretur oculus: venit pro interioribus, que turbantur, quando nec corripit possunt tempus, quibus non o clamat, quia defecit in dolore vita, vident proficere quod prædicat.] ¶ Hinc idem ait p. in Psalm. 69. utrumque hoc genus persecutionis distinguunt, [Vox tribulationum Christo, id est, martyris inter passiones periculatum, sed de capite præstentium. Con illi vox omni iusti, cui ex charitate, abundant iniquitas etiam Christianorum est passio: ut Lath corporalem persecutionem a nullo in Sodomis sustinuit, sed a malis factis eorum, cum q quibus habitabat. Est ergo persecutio iusti, vel

a leone, imperi, vel a dracone in insidiis, unde omnes clamant, Deus in adiutorium meum intende.] ¶ Cum autem vitis subditorum prelatum affligitur, aliquando omnium est una, & infariabilis obstinatio, aliquando mali inveniuntur boni admitti. Quando boni simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos: ne perverere malis evadendo vincamus, quos fugimus, ad gehennam, & sed potius mali tolerentur propter bonos. Unde Gregorius b. [Abel esse veniit, quia Cain malitia non exerceat:] ferrum quippe nostra mentis ad acumen non potest pervenire veritatis, nisi hoc alterius orasit lima pravitatis. Hinc etiam Augustinus c. [De bonis tolera malum, &c. infra, de tolerandis malis, in prima 2. causa hereticorum.] idem ait. [Maximus malum in separatione bonorum committimus, quam in conjunctione malorum fugimus.] & infra. ¶ Tali non imputat Deus sua peccata, quia non fecit: non abena, quia non approbavit: non negligentiam, quia non tacuit: non superbiam, quia in iustitate permansit. ¶ Hinc idem d. in Psalm. 14. [Quis dabit mihi pennas, sicut columbe? non ait, sicut corvo. Columba a molestiis querit avolare, sed dilectionem non amittit, & semper gemit. Sic bonus vult separare se corpore, non amore, ab his, quibus non potest prodesse. ¶ Sed aliquando ligatur, non visco cupiditatis, sed cura & officio, ut deserere non possit, nisi solvatur. Quod si non solvitur, tunc dicit, Cupio e dissolvi, & esse cum Christo: Sed manere in carne necesse est propter vos: & sic est meritum ex desiderio. ¶ Ecce elongavi fugiens, non loquor ne reputar charitas bonorum, ne perdatur exercituum malorum, quos Deus admittet, ut Iudam Apostata, quem f. quamvis sciret suum esse, tamen ad prædicationem misit, & ei Eucharistiam dedit, docens in ecclesia tolerari malos, nec obesse bonis malorum consortia. Quando vero omnium subditorum est obstinata malitia, nec prodest eis prelatorum presentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorum nequitia semper in deterius proficiat, & isti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu possent invenire. Sic B. Benedictus deseruisse legitur, quos in necem suam unanimiter viderat confrasse.

1 ¶ Unde Augustinus] Multa in hac disputatione citat Gratianus ex Augustino, quorum sententia quidem apud illum habetur, sed verba ipsa sunt in glossa ordinaria loci indicata. De hac vero questione, quando liceat Episcopo recedere ab ecclesia sua, dissentit Beatus Augustinus, epist. 180. Honorato Episcopo foripia.

2 ¶ In prima causa] Indicat causam vigintiannam totiam, in qua primam de heretico ex proposito agatur: qui nos citandi habetur etiam i. q. 7. necessaria. & alibi.

C. XLIX. ¶ Quando liceat prelati subditos deserere, vel non.

Hinc etiam B. Gregorius Petro Diacono interrogavit, an liceat prelati gregem semel susceptum deserere, l. 2. Dial. c. 3. respondit, dicens.

Ibi adunati æquanimiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjuventur, boni. Nam ubi omnimodò de bonis fructus deest, fit aliquando de malis labor supervacuus g: maxime si e vicino causa suppetant, qua fructum Deo ferre valeant meliorem. & paula post. ¶ Sæpe agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum non est: quia cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius predicator h, qui dissolvi cupit, & cum Christo esse, cui vivere Christus est, & mori lucrum, qui passionum certamina non solum ipse appetit, sed ad toleranda hæc, & alios accendit, Damasci k persecutionem passus, ut possit evadere, murum, funem, sportamque qua-

a al. midicum. b Act. 27. c Ioan. 10. d Matth. 2. e Act. 9. f Glossordm. ad c. 11. 2. ad Cor. in fin. ex August. e. pist. 180. ad Honoratum. g. Matth. 10. h Ioan. 3. i Glossordm. ex Cassiod. k Eccl. 15. l Ioan. 10. m 2. Cor. 11. n Glossordm. ex August. ad ver. [Ossa mea, sicut in fraxoro.] & Beza 2. Cor. 12. o non clamat clare, sed intus ingemiscit. p Glossordm. Eadem ex eodem in præfatione Psalm. q cui non fuit diltum, ut non ibi habitaret. Glossordm.

a al. veniamus ad gehennam. b lib. 2. Mor. c. 29. & l. 9. re. epist. 39. 3. q. 4. tu bonus. c Glossordm. in c. 6. 2. ad Cor. in fin. ex August. serm. 18. de verb. Domini. d Glossordm. ex August. e Philipp. 1. f Glossinterlinearis ex August. in Psalm. 14. 23. q. 4. tu bonus. g vacuus. orig. h Philipp. 3. i 2. Cor. 12. k Act. 9.



sivit, seque latenter deponi voluit. Nunquid a Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conficeret, ad gravem & laborem se alibi cum fructu servavit: fortis etenim praeliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsit.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viventibus Episcopis ab ipsorum substitutione, & quando non.

QVÆSTIO II.

Quod autem iste valetudine recepta suam possit reparare caudam, nulla auctoritate rationem habetur. Celebrationem vero sacrificiorum, si c. infronitatis causa dimiserit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.

C. I. De quodam Presbytero, qui sadio morbo laborabat.

Unde Alexander secundus scribit Gebonardo Vivariensi d. Archiepiscopo.

In tuis literis continetur sic. Hic clericus ordinem habet Presbyterii: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi in presentiarum hoc agnovimus, non ausi fuimus concedere sibi, ut offerret, vel Missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo delibera vimus. Consulimus itaque, ut si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, ut in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si verò Dei misericordia convalescit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare jam non interdiximus.

C. II. De Aregimine suspendente ecclesiam, qui in terram frequentat eliditur.

Item Gelasius Papa Rustico & Fortunato Episcopis.

Nuper Foropopulensis f. ecclesie clerici, una cum Sabino Episcopo, & Pelagio, & laicis propria suggestione referarunt, præfulem suum gravi quadam necessitate vexari, cujus eum dicerent ineuritione frequenter visum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, præcipue, cum eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem vestram scripta diximus, ut ecclesie, cujus rector tali casu tenetur astrictus, visitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipse venit huc pontifex, falsaque omnia de se jactata, disseminat, sub divini contemplatione iudicii, vestraque conscientie, exilimationisque respectu, rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet, vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repente collapsus, vocesque dedisse confusas, & spumas ore jactasse, quanta fieri potest examinatione queratur. Quod tamen, si non possit aliquorum factum testificationem firmari, si non nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius agendum est. Faciarem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno pontifici, ut eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque caribus indifferenter uti necessaria probatione compellas.

Triginta in duobus vetustis codicibus legitur, octuaginta.

a al. unquam. b q. gravis labore ad laborem. c orig. e al. quous. d al. Viennensis. e luo p. 6. c. 407. f al. Foropopulensis.

CAUSA VIII.

Vidam Episcopus agens in extremis, sibi ex testamento instituit: unde sacrorum patrocini in eundem episcopatum post electionem pro idoneitate ecclesie iuramentum præbuit: accusatur de fornicatione quam minus ab obsequio præstiterit: ante tempus fornicationis sus derelinquitur: sine literis Apostolicis a ad suam revertitur Episcopos.

- 1. Hic primum queritur, an liceat Episcopo sibi successorem constituere.
2. Secundo, an amicorum patrocini in electione delictum commiserit.
3. Tertio, an sit habendus Simoniacus, qui post electionem modo iuramentum canonicum præstavit.
4. Quarto, an liceat clericus ante sententiam tempus ab Episcopo discedere.
5. Quinto, an sine literis Apostolicis debet revertere ad ecclesiam.

QVÆSTIO I.

Quod autem Episcopo successorem sibi instituit, non ex verbis Zacharie c. Papa conjicitur, sed a Gregorio Archiepiscopo permisso: adiutorum sibi successorem, qui ei defuncto in plenitudinem potestatis successit. Ex verbis Symmachi Papa dicitur: [Si d. transiit] quousque venerit, ut de sua electione successorem non possit aut dicitur, & apparet, quod Episcopi successores sibi institui possunt. Item exemplo B. Petri illud ius præbuit, qui hunc in mentem sibi successorem instituit.

C. I. De quodam Petro Linum & Cletum adiutores sibi instituit, sed Clementem successorem.

Unde Ioannes tertius scribit Episcopo Germanico Gallicis, epistola xvi. c. 2.

Si e Petrus princeps Apostolorum adiutores sibi instituit, aut solvendi, aut ligandi eis normam tradidit, successori suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente sibi Petro, tenere promeruit. Linus vero & Cletus ministrabant exteriora: princeps autem Apostolorum in verbo & orationi insiltebat.

C. II. PALÆA.

Vnde ipse Clemens in epistola f. ad Luciam thesaurarium missa, inter cetera scribit, quod Petrus ad hunc in Clementem in Episcopum elegit.

Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vixit, in presentia, apprehensa manu mea repente confusus, auribus totius ecclesie, hæc protulit verba: * Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mox prædicationis & doctrinæ cathedram trado: quem præ caritate peris sum Deum colentem, homines diligentem, iustum, discendi studii deditum, sobrium, benignum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei influuntur, injurias.

Sed in Antiocheno concilio hæc eadem sibi prædicationis, in quo c. 23, sic statutum legitur.

C. III. De Episcopo successore suo constituto non licet.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vite perveniat.

a al. Apostolici. b al. Apostolici. c Sup. 4. p. ista. d Distinct. 79. f transitus. e An. l. 1. cap. 21. Poly. l. 1. tit. 1. f An. l. 1. c. 2. Clementis epist. 1. * Omittitur in aliis codicibus. g Poly. l. 2. tit. 7. An. l. 6. c. 7. Bar. lib. 1. cap. 21. Poly. l. 1. cap. 302.

